

Peter von Erkelentz erfährt von Adolf von Oberweimper, Stadtrichter zu Brixen, dass ein Brixner Bürger in einer Taverne in Bozen von einer Verschwörung um *Kaspar* von Gufidaun gegen NuK gehört habe, die zudem durch vorgelegte Dokumente bestätigt worden sei. Michael von Natz und Hans Heuss bestätigen den Bericht.

*Entwurf (aut.):* BERNKASTEL-KUES, *StiB*, *Cod. Cus.* 221 p. 502.

(Im Anschluss an Nr. 5307 heißt es:) Item die 16 mensis decembris 1457 ego Petrus Ercklentz fui Brixine missus per reverendissimum dominum meum cardinalem. Et me ibidem existente venit ad me Adolf iudex Brixinensis<sup>1)</sup> et dixit se audivisse, quod proxime in Bolsano quidam civis Brixinensis nomine (...) sedisset in quodam hospicio cum aliis pluribus consedentibus. Qui cum inciperent aliqua dicere in  
5 infamiam reverendissimi d. n., respondit ille Brixinensis: „Ego scio me habere probum et virtuosum dominum, qui iusticiam diligit et bonum ecclesie sue querit et ego libenter habeo eum.“ Ad que verba surrexit unus et dixit: „Quid dicis tu? Tu habes talem dominum, quod nostrum xxx cum Gofeduner<sup>2)</sup> confederavimus nos contra eum, et ubicumque potuerimus habere eum, si sumus forciores eo, debemus eum suspendere. Et quod hoc sit verum, vide desuper litteras!“; proiciendo duas vel tres litteras ad  
10 mensam. Dixit iudex prefatus, quod cum ipse premissa primo audivisset, petiit, quid ille civis esset, qui hoc dixisset. Et quando sibi nominatus erat, accessit eum et quesivit ab eo, an ipse talia dixisset et sibi talia accidissent. Qui respondit verum esse et iterum narravit sibi casum, ut prescriptum est. Petiit iudex, an novisset illum, qui litteras sic proiecit ad mensam. Dixit quod non, sed si videret eum, crederet eum velle noscere.  
15 Item hoc ipsum retulit mihi eciam magister Michael de Netz<sup>3)</sup>, canonicus Brixinensis, se audivisse. Item simile retulit mihi Hews<sup>4)</sup>, officialis, se audivisse, ut prescriptum est. (*Folgt* Nr. 5423).

<sup>1)</sup> *Adolf von Oberweimper, Stadtrichter zu Brixen.*

<sup>2)</sup> *Kaspar von Gufidaun, Hauptmann zu Rodeneck.*

<sup>3)</sup> *Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang zu Brixen.*

<sup>4)</sup> *Hans Heuss, Amtmann zu Brixen.*